



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Francisci Montmorencii E Societate Iesv Cantica Et Idyllia Sacra

**Montmorency, François de
Antverpiae, 1638**

Iesvs-Amissvs. ex Lucæ cap. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69423](#)

FLORENTIO
 DE MONTMORENCI
 SOC. IESV SACERDOTI
 FRATRI MEO GERMANO
 EX VISITATIONE
 BOHEMIÆ ET AVSTRIÆ
 PROVINCIARVM EIVSDEM SOCIETATIS
 IN BELGIVM REDVCI
 INEVNTIS ANNI M. DC. XXXIII.
 FELICIBVS AVSPICIIS
 HOC IDYLLIO GRATVLABAR.

In columnem qui te, Germane, reduxit ab
 Arcto
 IESVS noster amor; festis feret ista Kalendas
 Nomine dona meo. Tu quo decet accipe vultu.

Similis est
 argumenti
 E'gias d'ea-
 metus
 apud Mol-
 chum.

I E S V S - A M I S S V S
 I D Y L L I O N .

A Missum Genitrix-virgo dū querit IESVM
 Mæsta, Siōneas sic est affata puellas:
 Ite, vias Urbis mihi vestigate per omnes,
 Erronemque suæ, populares, sistite Matri.
 Parta repertrici sunt munera binus apud me
 Turtur, & eximio totidem candore columbi.
 Fas erit his porrò puerum deprendere signis:

Orc

Ore notas præfert quales mihi conspicis esse.
Aureus in niueâ ludit cernice capillus
Ut facile intonso Nasarenum vertice noris:
Lumina sideribus certant, minioque labellum.
Vestis eburneolos amethystina contegit artus,
Non tenui telas inter spectabilis auro,
Non imam Phrygijs oram circumdata limbis;
Odit enim Phrygios simplex puer iste paratus:
Hanc ego plebeio textam de vellere, tali
Arte laboravi Nati crescentibus annis,
Crescat ut illa simul, nec damnum sentiat anni.
Luteolis alij suras includere soccis,
Ingenuoque solent bullam suspendere collo:
Nil meus à teneris illorum gestat IESVS;
Sed cultu, pueros inter bis mille, modesto
Enitet, & miti plus se commendat ab ore.
Obuius in triujs hic cum tibi venerit erro,
Te volo, te, dices; mecum fugitive reuerte.
Brachiolum si forte teres tibi tendet, ineptus
Ne pudor impedit cudentibus oscula libes
Quominus articulis: nil corpore sanctius isto,
Non aliud spirat quam Virginitatis amorem:
Ne dubita conferre manum. Sitiatne, rogato;
(Nam tribus his errat iam solibus) offer & haustū
Dulcis aquæ, puerum lymphæ deuinixeris haustū.
O quas ille tibi grates aget! aurea verba
Puberis admirans, cælestè fatebere nectar:
His vereor ne te capiat, quem ducere captum
Debueras, & sollicitæ redhibere parenti.

Z ISAIÆ

C
I
N
IÆ
TATIS
I
III.
S
AR.
exit ab
ilendis
altru.
S
IESVM
llas:
tri.
me
umbi.
gnis:
Orc

ISAIA

CAP. XLII.

CAntate Domino canticum nō.
uum.

Laus eius ab extremis terræ : qui descendit
in mare , & plenitudo eius ; insulæ , & ha-
bitatores earum.

Suble-